etas priſca illa minime attigerunt qui tamen omnes hyſtorici munere laude ſempiterna celebrati ſunt. qua motus re eloquētiſſimus Eneas omiſſis priorū geſtis i quibus ſcriptores nōnūq̄ꝫ diſſentiūt ad recentiores hiſtorias ſe cōtulit Que igitur i germāia ſub ſuo euo geſta ſunt memoratu digna et i ceteris regionibus europe in iſto opere vario ⁊ egregio dum in cardinalatꝰ ocio viueret accurrate deſcripſit. hiſtoriā igitur eiꝰ deīceps in primis perluſtrabimus.

Sum pius Eneas fama ſuper ethera notus
Parcere proſtratis ſcit nobilis ira Leonis Tu q̄ꝫ
fac ſimile quiſquis regnabis in orbe

Eneas piꝰ papa Fridericꝰ terciꝰ romanorum imperator

Reuerēdiſſimi patris domini Enee de picolominibus cardinalis S. Sabine de his que ſub ceſare Friderico tercio īpatore ꝑ Germaniam ⁊ Europā geſta ſunt cū locoꝝ deſcriptiōe ad D. Anthonium Cardinalem hilerdenſem incipiunt feliciter.

Antonio ſacro ſancte romane eccleſie preſbitero Cardinali hilerdenſi appellato patri ſuo colēdiſſimo Eneas eiuſdem ordinis. non eiuſdem meriti Cardinalis Senenſis ſalutem plurimam dicit. Podragantem me nuper ⁊ arthetiais doloribus (vt ſoleo) laborantem Librarius quidam theutonicus adiit libellum afferens ī quo Romanorum Ceſarum non tam geſta q̄ꝫ nomina ⁊ pauca de moribus continebantur vſq̄ꝫ ad Wenceſlaum Caroli quarti filium. Cumq̄ꝫ illi opuſculo quattuor imperatores deeſſe viderentur. Nam Beneuenuſtus himolenſis eius opis auctor ſub wēceſlao deceſſerat. Rogauit me librariꝰ. vt adiicerē libello quod deerat. nolui turbare hoiem. cōpleui ad etatē nr̄az impatorū numeꝝ breuitatē illiꝰ qui preceſſerat imitatꝰ. At cū ſubiret mentē multa ⁊ magna inter xp̄ianos geſta eſſe ab eo tempe q̊ Fridericus imperiū accepit vſq̄ꝫ in hanc diē opuſculū ſeorſum edere ſtatui in q̊ ſingularia q̄dam eiꝰ temporis ſub cōpendio ad poſteritatis memoriam tranſmittere digna memoratu. Edidi igitꝰ breuē hiſtoriā tuoq̄ꝫ nomini dedicaui. q̊ cū pr̄i morbo mecū labores facile iter podragādū ſcripta mea ⁊ leges ⁊ iudicabis. Fuiſſet fateor opepciū ab initio potiꝰ etatis noſtre in hoc euū vſq̄ꝫ rerū geſtaꝝ hiſtriam texere q̄madmodū menti mee ſepe inſedit. ſed ea nō erat vniꝰ podagrationis ⁊ p̄ſertim i ieiunio q̄dragesimali ocurrētis lucubratio. Amat edes noſtras ipſa podagra. nec tam recedit q̄ꝫ reuertitꝰ libēs fortaſſe ⁊ huic intentōi aliquā do ſubſeruiet. Tu vale ⁊ ſi quid acerbiꝰ in quemq̄ꝫ ſcriptū offenderis non tam mee nature q̄ꝫ ſtimulis podagre vigētis adſcribere. ⁊ quicq̄d inſcite inepte abſurde incurrerit ſumpto calamo dele Ex vrbe Roma quarto kalendas aprilis. Anno dn̄i. M.cccc.lviij

Finis p̄hemij   Sequitur hyſtoria.

Que ſub Friderico tertio eiꝰ nominis imperatore apud europes et q̊ nomine chriſtiano cenſentur inſulares homines geſta feruntur memoratu valde digna mihiq̄ꝫ cognita tradere poſteris q̄ꝫ breuiſſime libet Commiſcebimus etenim aliqua interdum altius repetita. quemadmodum locorum rerumq̄ꝫ ratio expoſtulare videbitur.

De hungaria et geſtis in ea olim pannonia appellata